

XXII.

# OTTO PRIMVS, COMES,

ET

## DYNASTA SCHYRENSIS, PALATINUS BOJARIÆ.



*Quà Socias Alemannus aquas celer advehit Istro,  
Bojaricas Rexi Prætor & Auctor Opes.*

Reufnerus.



**F**luminum se mari commiscentium imago ac symbolum Ottoni Primo attribuitur; nihil sine Mysterio, ut Hierographia solet. Flumina cum intrant in mare, sæpè cursum suum, & aquam aliquamdiu servant *in amaro Dulcem*. Aulam intravit Otto; Bavaricam rexit aulam, Prætorii & Palatii Præfectus. Quis aulam nescit infido similem mari, in qua Fortuna tot fluctus ciet? Blandus ejusdem favor periculosa est malacia; vortices, & Charybdes sunt adversitates. Metuendi hinc surgunt honorum & Dignitatum scopuli; blandæ adulationum Sirenes sunt frequentissimæ. Inter hæc pericula, qui Magni sunt, qui Heroës sunt, jifoli sibi constant, & virtutem tenent. *Per tot discrimina rerum navigandum est cum Argonautis, ut aurei velleris gloria, & constans Principum favor com-*

Z

pare-

Geold.  
in Ge-  
nealog.  
Gen. II.  
ex libris  
Tradit.  
Monast.  
Weißen-  
stephan.  
Bucelin.  
loc. cit.  
Reufn.  
in Basil.  
fol. 208.